

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237**

**[S.l.], 1661**

Quo pacto Honitius converionem incipere debeat

[urn:nbn:de:bsz:31-127475](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127475)

9  
pere, quia nihil est, quod hactenus feci, et ita ad  
fectum ferueat, ut proposito Christiana perfectione  
nis fastigio, cogit enim ens, tandem aeterna felici-  
tatis brauium comprehendat in caelis.

**Quo pacto Nouitius Conversione sua  
incipere debeat.**

Nouitius qui mundi fallaciam egressus est, et ad tra-  
quillum religionis portum conuersus, exercere se  
debet omnino primo in vita actiua, quae consistit in emen-  
tatione morum, extirpatione vitiorum, et in pla-  
tatione virtutum; mortificatione passionum in-  
ordinatarum, abnegatione sui ipsius, et resignatione  
propriae voluntatis; istae enim actiones sunt fun-  
damenta et exordia vitae spiritualis; quare illis  
cognoscere certum est, qui vitam spirituales et virtutes  
incipiendo, carnale vitam et mortem animae desere-  
re satagunt.

In primis curet Nouitius, ut statum Religionis ad  
quem vocatus est, in maximo precio habeat, ut hor-  
tatur S. P. M. Benedictus in prologo Regulae ab illis  
verbis, Ad te ergo, usque ad Exortamus ergo,  
et Deo pro tanto beneficio gratias existat; certi-  
tudo enim hac reddet illum perseverantem, et for-  
tem in omnibus difficultatibus; Gratitude vero iustitia

apperiet ad ampliorem gratiam promerendam a deo.  
Dehinc persuadeat sibi pro certo, vitam spirituale non  
in signis externis, sed in spiritu et veritate consistere.  
Parum prodest exterior ceremonia; hec quidem  
necessaria est et omnimodo amplectenda, non tamen  
amplius sola conferat agenti vitam spirituale, quam  
barba et capilli conferunt homini sine anima.  
Stultus est, qui ex arbore solum folia sine fructibus  
colligit. Ergo externa corporis disciplina sine studio  
mortificationis et exercitio assiduo virtutum parum  
valet, et diu durare non poterit. Substantia itaque  
Xouitionum, Regula et norma vitæ est, peccata  
in seculo facta odio sumo detestari, et qui antea  
in seculo peccata velut aqua bibebant, minus  
nunc defectus fugiant, carnem suam omni glitio-  
nis genere spiritui subiciant, sensus suos præsertim  
oculis, auribus, et lingua cohibeant, familiaritates, ni-  
mias, et ineptas amicitias ut anime pestem fugiat,  
superbia, iracundia, amoris possidendi, et libidine  
uti colubrum fugiant, inque eorum locum contrarias vir-  
tutes inserant, seipsum continent, et ab omnibus carnis  
ni cupiant, tractabiles et amabiles se præbeant,  
obedientes maioribus, æqualibus gratos, minoribus se  
formam virtutis exhibeat fugiant, taceant, et longentur,  
abscendantur; ac breuiter hæc sit eorum cura, hoc.

Stult.



Andium, ut seipos tu officijs externis, tu inter-  
nis actibz ornantes ad professionē se se oblaturi  
quasi perfecti viri inveniuntur.

Ad hæc alsequēda requiruntur quinq.

Primū ē, ut Prælatū seu Mātrē suā spiritualem  
magni æstiment, diligant, suā cōscientiam ei pe-  
nitē aperiant, in omnibz celiā minimis ab ipsiō aut  
imperio, aut cōsilio gubernentur: in eo eorum sit  
velle et nolle, sic illis nil erit asperū, nihil arduū,  
nihil impossibile.

Secundū est; libros spirituales proprio instituto  
accommodatos, sed præcipuē Regula et instituta  
sue Religionis assidue legant. Nam hæc lectio ty-  
ronibz summē necessaria est; rerū enim spiritu-  
alium imperiti legendo discunt, Quid agendum,  
quid vitandum, que bona, que meliora, que op-  
tima, que mala, que peiora, que pessima, unū  
quodq; in suo ordine ut fugiat, vel amplectantur.

Testium; Novitig sit Orationis et sanctæ medi-  
tationis tenax, necessaria in meditatione et Ora-  
tione ad vitæ reformationē petat, vitiorū extinc-  
tiō, et om̄ virtutū adeptiōnem deponat. Recogi-  
tet peccatorū foeditatem, sæculi vanitatē, mor-  
tis horrore, iudiciij severitatē, pœnas inferni, glo-